Contemptus corporis eſt tota libertas.
Non ex difformitate corporis defedat̃ animus. ſed ex putre//
dine anime defedatur corpus et nõ econtra
Intellectus nihil aliud eſt q̃ꝫ ĩ corpus humanuꝫ diuini ſpũs
pars immerſa
D q̃ꝫ contempta eſt ars
Homo niſi ſuꝑ humanã rationẽ ſe erexerit homo non eſt.
Nulla victoria maior eſt q̃ꝫ vitia domare
Principium in rebus eſt erigere animum ſuꝑ iniurias ⁊ pro/
miſſa fortitudine leto animo aduerſa poſſe tolerare.
Sapor pabuli manet in lacte: vis vini in aceto qꝛ nulla res
eſt que non ſapiat naturam eius ex qua naſcitur

## ¶ Seneca de vita et moribus.

Omnis peccati actio voluntaria eſt
Diſciplina bonos mores facit
Id ſapit vnuſquiſqꝫ quod didicit
Bona ꝯſuetudo excutere debet qđ mala inſtruxit
Bene decet loqui bene decet tacere
Nđ animaliũ eſt magis mitiũ homini q̃ꝫ alter homo
Dolor patientia vincitur
Libentius audias q̃ꝫ loquaris.
Quod tacitum eſſe velis nemini dixeris.
Monſtro eſt auaricia ſimilis.
Quid dulcius eſt q̃ꝫ habere amicum cum quo omnia ſicut te
cum loqui audeas
Priuſq̃ꝫ promittis delibera ſed cuꝫ promiſeris ſtatim facias.
Nil petas quod negaturus fuiſti.
Pacem habeas cum amicis: bellum cum vitijs.
Bonũ eſt laudari ſed preſtantius eſt eſſe laudabilem
Que ſunt magne diuitie deſiderare non debes.
Que eſt magna egeſtas: auaritia
Quis eſt pauper: qui ſibi videtur eſſe pauper
Spes premij: ſolatium eſt labori.

Pecuniam habere oportet ſed ei ſeruire non oportet
Diuitijs vtendum eſt ſed non eſt eis abutendum.
Magis ⁊ minus non diuerſificant ſpeciem
Fortior eſt qui cupiditatem vincit q̄ qui honeſtatem vincit.
Ubi eſt confeſſio ibi eſt remiſſio
Quietiſſimam vitam homines haberent in terris ſi hec duo pronomina ſcʒ meum ⁊ tuum tollerentur
Mihi crede non poteſt quis eſſe diues ⁊ felix.
Auribus vtaris frequentius q̄ lingua
Quicquid dicturus es anteq̄ alijs dicas tibi dicas
Qui neſcit tacere neſcit loqui.
Peiora ſunt odia tecta q̄ aperta.
Nullum ſcelus ſcelere vincendum eſt

¶ Seneca de quatuor virtutibus cardinalib⁹: al's de forma ad paulum

De dubijs non diffinies: ſed ſuſpenſam teneas ſniām.
Mendacium ſpe veritatis occultatur
Prudens fallere non vult: falli autem non poteſt.
Cuiuſlibet facti cauſam inquire
Cogitatio tua nunq̄ recedet a vero
Lauda parce vitupera parcius. ſimiliter em̄ reprehenſibilis eſt nimia laudatio ⁊ īmoderata vituperatio. illa quidem adulatione: iſta autem malignitate ſuſpecta eſt
Non ſemper ſis in actu: ſed interdum animo tuo requiem dato: ⁊ ipſa requies data plena ſit ſapientie ſtudijs ⁊ cogitationibus bonis.
Non te moueat dicentis autoritas: nec quis dicat ſed quid dicatur attende
Honeſtum ⁊ magnum eſt vindicte ignoſcere
Non aſcribas tibi qđ non es: nec maior q̄ es videri velis.
A verbis turpibus te abſtineas
Interdum ſerijs miſcebis iocos ſed tamen moderatos
Riſus tuus erit ſine cachinno

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf